

NvK an den Prior des Klosters der Regulierten Augustiner-Chorherren vor Nimwegen in der Diözese Köln. Er beauftragt ihn, die in der Stadt Kleve up dem Campe lebende Schwesterngemeinschaft der Augustinerregel zu unterstellen, gibt genaue Anweisungen über die von ihnen einzubaltende Lebensweise und gewährt ihnen eine Reihe geistlicher Privilegien.¹⁾

Ungesiegelte Zweitausfertigung, Perg. (rote Siegelschnur, doch ohne Wachsspuren): GAESDONCK, Collegium Augustinianum. Auf der Plika: H. Pomert; unter der Plika: Visa. T. L. Collacionetur cum originali. Gleichzeitiger Rückvermerk: Receptio ad ordinem. Freundl. Hinweis auf das Stück durch Franz Hermes (Gaesdonck).

Erw.: Scholten, Zur Geschichte der Stadt Cleve 511f.; Meuthen, Nikolaus von Kues und Dionysius der Kartäuser III.

Iniunctum nobis legacionis officium nos inducit, ut cura diligentiori operas nostras inpendamus, quod persone, que sub religionis quodam modo abiectis mundi illecebris vivere conspiciuntur, non in ambiguo ambulent, sed ad aliquam ex religionibus per apostolicam sedem approbatam regulam amplectendam successive trahantur.

Sane nuper nobis innotuit in opido Cliuensi in loco up dem Campe vulgariter appellato dicte Coloniensis diocesis sororum esse congregacionem sub quadam specie religionis, sorores tamen illas nullam regulam approbatam fore professas. Ne igitur ex congregacione huiusmodi humani generis inimicus sub specie boni radicem malam sibi plantet, circumspeditioni tue auctoritate legacionis nostre, qua fungimur, per hec scripta committimus, quatenus sorores dicte congregacionis omni studio et diligencia, ut se regule sancti Augustini per emissionem voti ad tria substantialia ipsius regule et religionis cuiuslibet observandam benigne submittant, sanctis et congruis informacionibus ac mediis debitis instruas et inducas.

Quod ut commodius facere possis, tibi tenore presencium dicta auctoritate facultatem concedimus, quod sorores prefatas ad regulam huiusmodi suscipias, eas eciam non moniales, sed sorores facias nominari. Volumus tamen, quod sorores ille per te ad regulam sic recepte cottidie in laudem gloriose virginis Marie cursum de ipsa beatissima virgine in vulgari legant et, qui legere nesciunt, certos Pater noster pro ipso cursu iuxta tuam ordinacionem omni die orent; et quod habitus earundem sororum superior sit tunica alba, scapulare album, capucium nigrum et mantellus griseus.

Insuper volumus, quod tu dictarum sororum consuetudines examines et eas, quas bonas et laudabiles ac ipsarum sororum statui convenientes repereris, observari mandes, reliquas penitus tollendo et reprobando, aliaque eciam statuendo et ordinando, que pro ipsarum sororum disciplina et animarum suarum saluti noveris expedire; poterisque eciam super per te ordinatis et statutis huiusmodi necessitatis tempore per te vel alium dispensare.

Item volumus, quod sorores predictae de consensu sanioris et maioris partis conventus matrem eligant sive reatricem, que, si ydonea fuerit, per te, quem ipsarum sororum visitatorem cum plena facultate ad hoc necessaria constituimus, confirmetur, tuque visitacionis tue officium circa sorores ipsas diligenter exercendo excessus earum corrigere, deformata reformare, vicia extirpare et virtutes plantare studeas, et quod in persona propria commode facere non poteris, per alium exequaris.

Confessor autem earum per sorores ipsas de tui consilio eligatur, qui sic electus et per episcopum aut eius vicarium admissus confessiones ipsarum sororum audiat et eas in casibus eciam episcopo reservatis absolvat, quod et tu, ac si quid ultra hoc agendum necessarium fuerit, supplere possis. Ad probam autem recepte sorores et ipsarum familiares ac continue commensales et sacerdotes ipsis in divinis servientes poterunt eciam prout sorores ipse per dictum confessorem a peccatis eorum absolvi, atque eciam tam sic receptas quam familiares continuos commensales et sacerdotes huiusmodi eisdem graciis et privilegiis, quibus sorores professe utuntur et gaudent, in omnibus et per omnia uti et gaudere debere volumus.

Et ut ipse sorores deo quietius servire possint, indulta eis desuper a sede apostolica concessa ratificantes et pro expressis presentibus habentes ipsis dicta legacionis nostre auctoritate tenore presencium concedimus facultatem, ut prope conventum earum capellam et cimiterium, in qua ipsarum sepeliantur funera, libere habere et in dicta earum capella per sacerdotes eis ministrantes omnia sacramenta recipere possint et valeant easque et earum quamlibet quo ad hec a quorumcunque curatum et pastorum suorum iurisdictione per presentes eximentes et exemptas esse declarantes ac decernentes. Volumus tamen, quod predictae sorores cum curato suo et pastore super hoc licitum et ra-

cionabilem contractum faciant, ne ipsarum matrix ecclesia omnino defraudetur, et contractum ip-
45 sum per dilectum nobis in Christo scolasticum Xanctensem dicte Coloniensis diocesis, ne nimium
exhorbitanter fiat, examinari et debite taxari.

Item concedimus dictis sororibus facultatem, quod ipse interdicti tempore, dummodo ipse vel ali-
que earum causam non dederint sive dederit interdicto nec id ipsis vel alicui earum contigerit spe-
cialiter interdicti, ianuis clausis, non pulsatis campanis, excommunicatis et interdictis exclusis in ipsa-
50 rum capella divina audire et illis interesse possint; ac volumus, quod sorores, que sic ordinem sancti
Augustini susceperint, ab omnibus aliis votis et peccatis vite prioris per te priorem antedictum et ip-
sarum familiares et continuos commensales semel eciam hoc anno in casibus apostolice sedi reserva-
tis per confessorem predictum absolvantur.

Est eciam nostra intencio, quod tu prior, quem visitatorem deputavimus, dictas sorores investire
55 et professiones earum recipere sororesque eciam in manibus matris et mater in manibus tui visitato-
ris debeant profiteri easque includere, ut castitatem observent, tenearis. Volumus tamen, quod nec-
essitate urgente super clausura cum non suspectis dispensare ac quod necessitatis tempore vices tuas
alteri tui ordinis religioso committere possis.

Nolumus tamen per has nostras concessionones et ordinationes pro posteris monasterium aliquod
60 erigi debere, sed prefatas concessionones et ordinationes volumus pro actu in congregacione prefata
existentibus sic fieri et firma permanere.

Et ne tam sanctum opus per quosvis impediatur, omnibus et singulis principibus, ducibus, baroni-
bus, militibus, militaribus ac nobilibus necnon communitatum et dominiorum quorumcunque recto-
ribus, burgimagistris, consulatui et civibus ac aliis quibuscunque tam ecclesiasticis quam secularibus
65 auctoritate prefata inhihemus, ne contra premissa quecunque impedimenta prestant aut eciam impe-
diant, quominus premissa omnia et singula suum debitum sorcianur effectum, sed potius, ut ea om-
nia et singula premissa progressum obtineant, auxilium eorum prestant et favorem.

¹⁾ Zur Geschichte des Schwesternhauses s. Scholten, Stadt Cleve 470–475, und: Zur Geschichte der Stadt
Cleve 222–229. Auf Nr. 1828 ist erst im Anhang zum zweiten Werke aufmerksam gemacht worden; doch
wurde dieser Nachtrag in der seitherigen Forschung übersehen, so daß die Verfügung des NvK bislang allein aus
Nr. 2111 erschlossen worden ist. Vgl. dazu unten Nr. 2111.

1451 September 27, Eichstätt.

Nr. 1829

Johannes Heller, in utr. iure et art. doct., vicarius in spiritualibus et officialis generalis
von Eichstätt, als durch B. Johann von Eichstätt, den in der nachstehenden Sache von NvK spe-
zialdeputierten Richter und Kommissar¹⁾, subdeputierter Richter, an alle Äbte, Prioren,
Pröpste usw.²⁾ in Stadt und Diözese Eichstätt, und wohin dieses Schreiben immer gelange, im
besonderen aber an Konrad, Dekan und Pleban, und seine geistlichen Helfer, Altaristen, Pri-
missare und Kapläne in Weissenburg. Er ordnet verschärfte Strafen gegen die Einwohner von
Weissenburg wegen ihrer Gewalttätigkeiten gegen das Benediktinerkloster Wülzburg³⁾ an.

Or., Perg. (abhängendes Siegel): NÜRNBERG, StA, Stift Wülzburg, Urkunden Nr. 1. — Pap. (mit auf-
gedrücktem Siegel): NÜRNBERG, StA, Stift Wülzburg, Urkunden Nr. 1.

Kop. (18. Jb.): NÜRNBERG, StA, Ansbacher Kopialbücher Nr. 51 f. 394^v–399^r; (um 1780): EICH-
STÄTT, Diözesanarchiv, B 5 (s.o. Nr. 998).

Druck: Jung, Antiquitates 133–140.

Erw.: Rieder, Geschichte II 488; Leidel, Geschichte 149, 153 und 164f.

B. Johann habe, wie vorgenannt, als Richter über Tristram Zenner, Iacobus Greinlinger, Iordan und
Ellinger sowie alle übrigen Einwohner der Stadt Weissenburg und ihre Helfer wegen ihrer Übergriffe gegen Abt
und Konvent des Klosters Weissenburg, die bis zur Einäscherung reichten, und ebenso wegen der Verwüstung der
Pfarrkirche St. Willibald in Schambach in derselben Diözese Eichstätt kraft der ihm durch NvK erteilten
5 Kommission die Exkommunikation verbängt, ohne daß jene sich jedoch unterworfen haben, und sie ebenso erfolg-
los auf den nächsten Gerichtstag nach Eichstätt zitiert.⁴⁾ Da B. Johann durch andere Geschäfte abgehalten sei,
habe er ihn, den Offizial, in der Sache subdelegiert. Da die Genannten bislang nicht gerichtlich erschienen sind,
verschärft der Offizial die Strafen und belegt die Adressaten mit derselben Exkommunikation, wenn sie Umgang